



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 92. Episcopi post varias Curiae Romanæ oppositiones votis damnati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

nunquam utantur Carbafina, quam Vul-
gus *Rocchettum* appellat.

Sæc. XVI.
A.C 1561.

Hanc tamen prohibitionem Legati
publicam reddere nolebant, spe freti,
quod Hispani longe facilius lenitate, ac
officiosa comitate in obsequio contineri
possent: quapropter duntaxat totius
hujus causæ seriem Romam perscri-
bebant.

§. XCII.

*Episcopi post varias Curia Romanæ
oppositiones votis damnati.*

Alter die sexta Decembris ad Lega-
tos adveniebat Nuntius, qui Borro-
mæi Cardinalis responsum ad literas
hac super re Romam datas tradebat, porro
hunc in modum ab eo erat rescriptum:
summo Pontifici haud molestum acci-
derat Epomium passim permittere cun-
ctis Hispaniæ Episcopis, perinde ac si
in propriis Diæcesibus suis munia Epif-
copalia obirent, sed super eo Cardina-
lium sententias percipere voluit: qui
interim illud Hispanis Præfulibus haud
interdicebant.

*Pallav. n. 6.
lit. Borrom.
die 14. De-
cembr.*

Mox igitur Legati Hispaniæ Episco-
pis hanc responfionem nuntiabant, quæ
etiam summa lætitia fuit excepta, quam-
vis hoc gaudium brevi in novam ver-
teretur sollicitudinem; nam quinto a da-
ta prima epistola die, seu undecimo De-

Hist. Eccles. Tom. XLIV. X cem-

Sæcul. XVI. A. C. 1560. cembris Cardinales in quodam generali confessu decernebant, ut hæc vestis omnibus Episcopis, nullo excepto, ac nequidem Hispanis Præsulibus interdiceretur: scripsit itaque Borromæus ad Legatos die decima quarta ejusdem Mensis, eisque hæc significavit: quamquam Pontifex Cardinalibus insinuaverit proclivem animum, quem gerebat Hispaniæ Prælati gratificandi, sacri tamen Collegii sententiæ concordēs pro repulsa fuerunt: perpenderit enim Cardinales, par non esse, ut in gratiam paucorum, etsi summi meriti Antistitum, consueta reliquorum omnium vestis variaretur, aut quibusdam paucis alius a reliquis habitus indulgeretur.

Porro cum Legati datis Romam literis rursus pro Hispanis instarent, eisdem facultas, quam petebant, concedebatur, hacque ratione tumultus, ac dissidia, quæ forte ex repulsa oriri potuissent, præpediebantur.

§. XCIII.

Primatus Bracarenfis Archiepiscopi in dubium vocatus.

Pallav. l. 15. c. 13. n. 8. Vie de D. Barthel. des Martyrs l. 2. s. 6. Alterum, quod Legatos magis adhuc turbabat, erat negotium Bartholomæi de Martyribus Bracarenfis Archiepiscopi, qui sibi in Lusitania, totaque Hispania Primatis jus ita tribuebat, ut cun-ctis